Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancta Maria lxxix

urn:nbn:de:bsz:31-289352

Visual Library

qui erat triū annorum venit. Sed tamē alexandro
preſidi preſentat᷑. in vlnis ſuis puerū geſtās. Quo
due famule ſue vidētes fugerūt. et eā ꝓrinus reli-
querūt. Preſes igit᷑ puerū in vlnis ſuis ſuſcepit. et
matrē ſacrificare nolentē. crudis neruis flagellari
precepit. Puer aūt matrē flagellari conſpiciēs. a
mare flebat. et lamētabiles voces dabat. At pſes
puerū quiricū in vlnas et ſup genua ponens. cum
oſculis et alijs blādicijs demulcebat. Infans autē
ad matrē reſpiciēs pſidis oſcula abhorrebat. et ca
put cū indignatione auertens. vultū eius vngulis
laniabat. et matri cōſonas voces dabat. Quaſi di
ceret. Et ego xpianus ſuꝫ. Tandē diu reluctās pre
ſidem in ſcapulis momordit. Tunc pſes indignat᷒
dolore cruciat᷒ pueꝝ ab alato p gradus pcipitauit
ita/ vt tribunali tenellū cerebrū adhereret. Julita
vero filiū ad regnuꝫ pceſſiſſe videns. leta gratias
deo reddidit. Tūc iulita iuſſa eſt excoriari. et bul-
lienti pice ꝑfundi. et demū capite trūcari. In qua-
dam aūt legenda inuenit᷑ ꝙ quiricus tirannū blā-
dientem eque et minantē paruipendēs. xpianuꝫ ſe
eſſe cōfitebat᷑. ſcōm quidē tēpus elinguis infantu
lus. ſed in eo loquebat᷑ ſpiritusſanctus. Quē cum
pſes interrogaret quis eū docuiſſet ait. Tuā o pre
ſes miror inſipientiā. qui meā tantillā cernēs eta
tem. necdū tēporis circulo triennem. percūctaris
qs me docuerit diuinā ſapientiā. Qui cuꝫ cederet᷑
clamabat. Xpianus ſuꝫ. Et quotiēs hoc clamabat
totiēs vires inter tormēta recipiebat. Preſes aūt
matrē cuꝫ puero membratim ſcindi fecit. et eorum
membra ne a xpianis ſepelirent᷑ diſpgi mandauit
Sed tamē ab angelo ſunt collecta. et nocte a xpia
nis ſepulta. Horꝫ corpora tpe cōſtantini magni cū
pax eſſet reddita eccleſie. ab vna de ancillis q̄ ad
huc ſupererat reuelant᷑. ꝛ in deuotione magna ab
omni populo habētur. Paſſi aūt ſunt circa annos
dn̄i. ccxxx. ſub alexandro imꝑatore.

De ſancta marina lxxix A

Marina virgo vnica erat patri ſuo. Cuꝫ aūt
pater quoddā monaſteriū intraſſet muta-
uit habitū filie ſue. vt nō femina ſed ma-
ſculus videret᷑ rogauitꝗ abbatē ꝛ fratres. vt filiū
ſuū vnicū reciperēt. Quib᷒ eius pcibus annuētib᷒
in monachū eſt recept᷒. et frater marinus ab oīb᷒
eſt appellatus. Cepit aūt valde religioſe viuere.
et valde obediēs eſſe. Cū autē eſſet vigintiſepteꝫ
annorū. et pater eius ſe morti appropinquare ſen
tiret filiā ſuā vocauit. et ipām in bono ꝓpoſito cō-
firmans pcepit. ne aliqn̄ alicui reuelaret ꝙ mulier
eſſet. Ibat igit᷑ frequenter cū plauſtro et bobus et

ligna monaſterio deferebat. Conſueuerat autem
hoſpitari in domo cuiuſdā viri. cuius filia cum de
quodā milite cōcepiſſet. īterrogata marinū mona
chū ſe violaſſe aſſeruit. Interrogatus aūt marin᷒
cur tantū flagitiū ꝑpetraſſet. ſe peccaſſe fatetur. et
veniā precat᷑. Statim de monaſterio eiect᷒. ad ho
ſtiū monaſterij māſit. et tribus annis ibidē perma
nens. bucella panis ſuſtentabat᷑. Poſtmodū filius
ablactat᷑. abbati mittit᷑. ꝛ marino educādus tradit᷑
et ibidē cū eo p duos annos commoratur. Omnia
aūt cum maxima pacientia recipiebat. et in oībus
grās deo referebat. Tandē eius humilitatis et pa
cientie fratres miſerti eū in monaſteriū recipiunt.
et queqꝫ officia viliora ſibi iniungūt. Ipſe aūt oīa
hilariter ſuſcipiebat. et cūcta paciēter et deuote a
gebat. Tandē in bonis opibus vitā ducēs migra-
uit ad dn̄m. Cum aūt corp᷒ eius lauarēt. et in vili
loco ſepelire diſponerent. reſpicientes mulierem
ipſaꝫ eſſe viderunt. Stupefacti ſunt omnes et per
territi ſe in dei famulam plurimum deliquiſſe fatē
tur. Currunt omnes ad tam grande ſpectaculum
et veniam poſtulant ignorātie et delicti. Corpus
igitur eius in eccleſia honorifice poſuerunt. Illa
autem que famulam dei infamauerat. a demone
arripitur. et ſcelus ſuum confitens. et ad ſepulcruꝫ
virginis veniens liberatur. Ad cuius tumulum
populi vndiqꝫ cōfluūt. et multa miracula ibi fiunt
Obijt aūt. xiiij. kal᷑. iulij.

De natiuitate ſancti Johannis baptiſte lxxx